



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 130. Pax Regem inter & Condæum, sibique adhærentes Julioduni inita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

cetera, feditiosa, sacrilega, & contumeliosa in eadem hac declaratione ab hisce Calvinistis Regi suo exposita proferre.

Sæc. XVII.
A. C. 1616.

§. CXXX.

*Pax Regem inter & Condæum, si-
bique adhærentes Julioduni
inita.*

Exeunte anno priori Condæus Princeps post acceptam suorum cladem ad Ludovicum Regem literas submissione plenarum dabat, ad quas Rex hoc anno die prima Januarii respondens, nobilem quemdam ad Nivernium ducem decernebat, qui cum eo de loco, & compositionis modo ageret. Interea Brisacus Marefcallus, & Villaregius nomine Regis cum Condæo de undecim articulis convenere, qui etiam die vigesima Januarii utrinque fuere firmati, proin Rex die decima Februarii conventum Julioduni haberi consensit, voluitque, ut armorum induciæ a die, quo Rex propositos articulos ratos habuerit, inciperent: Hæc ab utraque parte prævie fuere conclusa: altera die vigesima tertia Februarii Rex Pictavio ad Heraldum Castrum profectus, inducias usque ad primam Martii diem protrahabat: Postea pertractandæ paci a Re-

*Vid. tom. xx.
l. 3. Merc.
Gallobelgici
p. 36.*

Sæc. XVII. A. C. 1616. ge selecti sunt Oratores Nivernus Dux, Brisacus, Villaregius, Thuanus, Vicus, & Phellippous. Condæi autem partes sustinebant Bullionius & Mayenius Duces præter alios Principes & Nobiles. Vix colloquio datum erat initium, cum illico Condæus triginta articulos a Rege confirmandos proponeret, quorum præcipui ad sequentes contrahuntur. I. In Henrici IV. parricidas inquiratur. II. Tertii Ordinis articulus de immediata Regum potestate confirmetur. III. Decretum sanctioris Consilii die 6. Januarij anno 1615. contra Parlamenti Decretum circa Regum potestatem & vitam die 2. Januarij editum aboleatur. IV. Gallicanæ Ecclesiæ privilegia salva habeantur. V. Concilium Tridentinum ab Episcopis receptum abrogetur. VI. edicto Nannetensi, cæterisque, quæ Calvinistis concessa fuere, plene satisfiat. VII. Concilii Constantiensis decretum contra Regicidas promulgetur. VIII. Parlamento liberum sit jurisdictionis suæ exercitium. IX. Nobilitati sua privilegia facta serventur. X. Intra Mensem ad Parlamenti monitiones, & Ordinum libellos Rex respondeat. XI. nullus extraneus ad Ministerii vel Regii officii administrationem admittatur. XII. ad Calvinistarum querelas circa novos articulos

Calmet. Hist.

Univ. t. 151.

Gramond.

Hist. Gall. 1.

2.

Serres Hist.

Franc.

tuculos Rex respondeat XIII. Dona & Sæc. XVII.
 pensiones immodicæ, præsertim in im- A.C. 1616.
 meritos collatæ minuantur XIV. offi-
 ciorum nundinatio seu *Pauletta* abroge-
 tur XV. Arx Ambiana diruatur. XVI.
 Diploma Regium, necnon Burdigalen-
 se decretum contra Condæum, atque
 alia sanctio contra Pictaviense edictum
 promulgata aboleatur.

Cum vero rei gravitas longiorem
 moram deposceret, Rex inducias usque
 ad primam Aprilis diem petebat: inte-
 rea vero tam Regis, quam Condæi co-
 piæ annonæ penuria, & frigoris incle-
 mentia tantopere affligebantur, ut fer-
 me decem armatorum millia misere pe-
 rirent; unde factum, ut Vindociensis
 Ducis exercitu dissipato, Tribuni ad Re-
 gis obsequium redirent. Nihilominus
 Ludovicus Rex propositis omnibus his-
 ce articulis subscripsit, exceptis tribus,
 & quidem primo articulum de imme-
 diata Regum potestate in suspenso habe-
 ri voluit, qua agendi ratione Calvini-
 stas confundebat, qui suam in Regem
 rebellionem potestatis Pontificiæ abro-
 gandæ obtentu nequiter honestare nite-
 bantur, eademque ex ratione Rex ra-
 tum habere noluit Parlamenti decretum
de Regum potestate & vita. Pariter Am-
 bianam arcem, eoquod præcipuum con-
 tra Artesios, & Hannonios Galliæ mu-
 nimen-

Sæc. XVII. nimentum esset, destrui recusabat; cum
 A. C. 1616. vero Condæus, eique adhærentes hoc
 articulo unice Ancræum opprimere in-
 tendissent, ipsemet Ancræus hanc ar-
 cem simul, & Picardiæ Præfecturam
 Regi cessit.

§. CXXXI.

*Pacis initæ edictum in Regno pro-
mulgatum.*

*Merc. Gal-
lob. tom. II.
l. 2.*

Paulopost Regis nomine promulgatum
 est pacis edictum, quod utpote
 communi Regis, Reginæque Matris,
 ac ceterorum Principum, & Nobilium
 consilio sancitum, etiam constans, nun-
 quam revocari posset. „Ejus summa
 „hæc est: I. omnium a prima Julii su-
 „perioris anni gestorum sit oblivio, II.
 „Catholica religio in illis locis, ubi ab-
 „rogata est, restituatur, “ III. Ca-
 tholici omnibus in locis securi habitent,
 & amissa recuperent, IV. Episcopi &
 Doctores in Ecclesiis decretum Concilii
 Constantiensis urgeant. V. Decretum
 Parisini Senatus effectum suum fortia-
 tur. VI. Extranei ab Imperii officiis
 arceantur: VII. in locum Petri Ber-
 geri, qui ad Catholicam fidem reversus
 est, alius in Parlamento ex Calvinistis
 ubrogetur, VIII. his usus suæ sectæ
 liber sit in illis locis, ubi his turbis fuit
 ad.